Hactenus dictum est, quid sit Deus, nempe, una, aeterna, spiritualis, intelligens, uerax, omnipotens, &c. essentia in tribus personis, patre, filio & spiritu sancto. Item de uoluntate eius duplici. *et de uoluntate eius duplici. nempe, de uoluntate patris, & de uoluntate filii & spiritus sancti. Item de uoluntate eius duplici. nempe, de uoluntate patris, & de uoluntate filii & spiritus sancti.*

Régi nyomatetványok, Eperjes tud. könyvtár: /318. 18. j. /

postea dixerunt peccatorem Mattheus de
sperare hanc. Quae fuit prior? quoniam est et
post. Ceterum. Postremo subiungitur dixerunt
mea voluntas legis, que est irata. Arguit enim omnes
homines, quantumvis iustos, quod sint rei eterna
ne maledictionis et irae Dei. Quia nemo facit
legem. Hanc voluntatem iussit Deus annunciari
hominibus, ut suam miseriam agnoscerent, eoque
scilicet timore cupidius alteram eius voluntatem amplectantur.

Quae est illa?

Evangelica. Promittit enim per uocem Evangelij in
nomine filij sui gratiam remissionem omnium
peccatorum, libertatem ab ira et maledictione
legis, et uitam eternam omnibus, qui credunt
huic promissioni, eamque suam faciunt.
Cunque haec promissio omnibus annuncietur,
nemo damnatur culpa Dei, qui omnes homines
uult saluos fieri, sed sua, quod non credit Euan-
gelio.

Quid ergo est credere

Euangelio?

Primum, cum argueris per legem, quod non modo
cum peccatis tuis, uerumetiam cum omni ius-
ticia tua maledictus sis coram DEO, non

debes indignari, ac fremere, ut mundus facit,
sed certo assentiri Spiritui sancto, teque cor-
ram DEO humiliare, serio metuere iram eius
ac dicere. Ne intres Domine in iudicium cum
seruo tuo, Quia non iustificabitur in conspectu
omnis uiuens.
Secundo, non est resistendum in uerbo arguente, id est
nim per se desperationem parit. Sed prouocans
ad uerbum Evangelij, quod pro ira gratis
am, pro peccato nostro iustitiam Christi, pro
tyrannide Diaboli libertatem in Spiritu sancto,
pro morte aeterna uitam aeternam gratis offert
in nomine Christi omnibus, quicumque bene-
ficia ex animo amplectantur. Semperque in-
promptu habenda sunt aliquot insignia testimo-
nia, tum promissionis Evangelij, tum exem-
pla.

**Da testimonia pro
missionis**

Iohannis primo. Quotquot acceperunt eum, is des-
dit potestatem, ut filij Dei fierent, credentibus
in nomen eius.
Item. Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi.
Matthaei nono, inquit Christus. Non ueni ad uo-
candos iustos, sed peccatores ad poenitentiam.
Matthaei undecimo. Venite ad me omnes, qui la-

Régi nyomatatványok, Eperjes tud. könyvtár:
/318.1g.j./

boratis & onerati estis, & ego reficiam uos.
10. **Lucæ** decimo nono. Venit filius hominis saluare, quod perierat.

Da Exempla

Dei. Rom. 12. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.
Mulieris peccatricis Lucæ septimo, Matthei, Za-
chei, Laitonis in cruce & aliorum exempla sa-
tis ostendunt, nullum peccatorem qui credit uo-
ci Euangelij, scilicet a D. E. O. Ut autem creda-
mus, & corroboremur in fide, necessariam est
abstraham studium uerbi D. E. I. sive quæ neque
plantari fides in animis potest, neque retineri, ut
consistat in omni certamine, contra dubitationem
infirmam naturalem, contra peccatum,
mortem, Diabolum, omnemque potentiam in-
ferorum, atque adeo contra legem Dei. Vincere
enim cogitur Deum per Deum, hoc est, consti-
tere aduersus Deum iratum, & fulminantem in
lege, per eandem ignoscensimum in filio, &
suauissimè loquentem in Euangelio, & maxi-
mè in doctrina de resurrectione Christi.

Quid amplius operatur fides?

1. Cum fide enim coniunctus est spiritus sanc-
tus, qui nouam lucem in membris credentium

ab eisdem uoluntatibus, quibus a se ipso, sicut in
proprietate stare, sicut in ab ipso, sicut in
uoluntate, sicut in ab ipso, sicut in
sicut in ab ipso, sicut in
accendit, ut à sua natura ueteris turpitudinem,
ac Dei uoluntatem uiramq; uere intelligant. sicut
mul etiam uoluntatem & alias uires purificat,
ac significat, ut peccatum unà cum authoribus
eius, carne, mundo, & Diabolo, uere ceterint,
solumq; Deum incipiant & animo diligere, &
propter Deum omnia a quo animo ferre, iuxta
primum præceptum.
ii. Impelle etiam fides ad glorificandum Deum, cura pro
alijs beneficijs omnibus, tum pro donatione filij
redemptoris, tum pro donatione Spiritus sancti,
per cuius ministerium reuelantur & offeruntur
beneficia Christi.
iii. Ex eadem fide oritur inuocatio uerbi, & primum fi-
dei exercitium, post prædicationem actionem. Pro-
pter quod Zacharias testatur, Ecclesia Dei do-
natum esse spiritum gratia & precum. Quos
duos cultus Ecclesia plerumq; coniungit, ut simul
inuoceat Deum, eiq; gratias agat.
de Quod autem ad inuocationem attinet, non solum mani-
datis grauisimis, & promissionibus suauiss-
imis ad eam nos hortatur filius Dei, uerum etiam
formam certam præscripsit, in summa breuitate
omnium sanctorum uota complexus, atq; adeo
sua ipsius etiam uota pro ECCLESIA.
Quæ est illa forma?

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár:
/318. 1g. j.

*Christus dicitur Veritas naturalis ab eo pater
Causa rationem dicens filij dei est dicitur pater
alioquin filij dei.*

PATER noster, qui es in caelis. Sanctificetur no-
men tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat volun-
tas tua, sicut in caelo, sic etiam in terra. Panem
nostrum quotidianum da nobis hodie. Et remitte
te nobis debita nostra. Sicut et nos remittimus
debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tenta-
tionem. Sed libera nos a malo. Quia tuum est
regnum, et potentia, et gloria, in saecula sae-
culorum. AMEN.

3. magis namque tota forma
**Quid significant haec
verba?**

Pater noster qui es in caelis.

*Deus his verbis vult nos hortari, ut credamus, eum
esse vere patrem nostrum, nosque eius filios, ut
cum fiducia, et sine omni dubitatione petamus
ab eo omnia, ut filios charissimos decet a patre
amantissimo.*

**Quid primum pe-
timus?**

Sanctificetur nomen tuum.

Quid hoc est?

*Nomen Dei per se quidem sanctum est, sed petimus,
ut a nobis quoque sancte habeatur.*

Quo

*Quomodo fit hoc?
Cum uerbum Dei pure inter nos docetur, nosque pie
et sancte, eique conuenienter uiuimus, quemad-
modum filij Dei. Id saxit pater caelestis. Qui
uero aliter docet, aut uiuit, quam uerbo Dei
consentaneum est, is inter nos nomen Dei non
sanctificat, sed blasphematur, id prohibere digue-
tur pater caelestis.*

Quomodo fit hoc?

**Cum uerbum Dei pure inter nos docetur, nosque pie
et sancte, eique conuenienter uiuimus, quemad-
modum filij Dei. Id saxit pater caelestis. Qui
uero aliter docet, aut uiuit, quam uerbo Dei
consentaneum est, is inter nos nomen Dei non
sanctificat, sed blasphematur, id prohibere digue-
tur pater caelestis.**

**Quae est secunda
petitio?**

Adueniat regnum tuum.

Quid hoc est?

*Regnum Dei sua sponte quidem uenit, etiam sine no-
stra petitione, sed precamur, ut ad nos quoque
ueniat.*

Quomodo?

*Ut Pater caelestis donet nobis Spiritum sanctum, qui
in nobis sit efficax per uerbum Euangelij, ut
hoc in nobis dominetur in eternum.*

**Quae est tertia
petitio?**

**Fiat uoluntas tua, sicut in cae-
lo, sic etiam in terra.**

D

Regi nyomatetvámok, Eper jes tud. könyvtár:
/318. 1g. j./

Handwritten notes in a cursive script, likely Latin or Greek, preceding the main text.

Quid hoc est ?

Voluntas Dei etiam sine nostra prece fit, sed oramus, ut apud nos quoque fiat.

Quomodo ?

Vi Deus omnia impia consilia impediatur, ac reprimatur, quibus caro, mundus, & Diabolus conantur impedire, quo minus nomen Dei sanctificetur, & regnum eius adueniat, nosque confirmet, & defendat, ut in uerbo eius ac fide usque ad finem perseueremus. Hac est bona uoluntas Dei.

Quæ est quarta petitio ?

Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.

Quid hoc est ?

Deus quotidie largitur panem, etiam sine nostris precibus, non solum bonis, uerumetiam malis hominibus. Sed oramus patrem cœlestem, ut nobis concedat facultatem agnoscendi hoc beneficium, atque ut cum gratiarum actione utamur pane quotidiano.

Quid est panis quotidianus ?

Handwritten notes in a cursive script, likely Latin or Greek, preceding the main text.

Quidquid ad huius uitæ necessitatem pertinet, ut ciuis, potus, uestitus, domus, uxor, liberi, familia, agri, iumenta, pecunie, boni magistratus, res publica bene constituta, bonæ tempestates, pax, bona ualeitudo, disciplina, fama honesta, amici, boni uicini, & similia.

Quæ est quinta

Et remitte nobis debita nostra, sicut & nos remittimus debitoribus nostris.

Quid hoc est ?

Oramus patrem cœlestem, ne propter indignitatem nostram nos aueretur, sed ut ex sua ingenti misericordia nos exaudire dignetur. Ac pro hoc beneficio gratitudinem, quam à nobis requirit, pollicemur, ut iuxta mandatum eius libenter remittamus ijs, qui nos offenderunt.

Quæ est sexta

Et ne inducas nos in tentationem.

Quid hoc est ?

Régi nyomatványok, Eperjes tud. könyvtár: /318. 18. j.

*Deus quidem tentat neminem. Sed oramus, ut nos tue
gratiæ ac seruire dignetur, ne Diabolus, mundus
& caro nostra nos inducant in impias opinio-
nes, in desperationem, in securitatem, aut in al-
ia magna peccata. Quod si uero his rationi-
bus tentamur, ut adiuti auxilio DEI uincamus.*
**Quæ est septima
petitio ?**

Sed libera nos à malo.
Quid hoc est ?
*Hic tanquam in fasciculo colligimus omne genus ma-
lorum, corporis, animi, rerum & fame, &
rogamus, ut pater cælestis ab his omnibus nos
liberet, tandemq; ex huius uite ergastulo sceli-
titer ad se in uitam cœlestem transferat.*

**Quid significat vox
Amen ?**
*Hac uoce testamur, nos certos esse, quod hæc inuoca-
tio patri cœlesti non displicet, ac certo sit ex-
audita. Ipse enim per filium præcepit, ut hoc
modo inuocetur, ac promisit, se uelle exaudire
sic inuocantes. Significat ergo
AMEN, omnia esse rata
quæ petimus.*

52

*Quæ est præcatio magna
quæ ad hanc præcatio-
nem ecclesiæ
et alias ?*
**QVID INTEREST
INTER HANC PRÆCATIONEM
ECCLESIAE
ET ALIAS ?**

Duo sunt discrimina. **Hæc enim**
*est immediate à Christo composita. Aliæ, qui-
bus utitur Ecclesia Dei, ut Psalmi, inuocationes in
Prophetarum & Apostolorum scriptis, quanquam
etiam sunt diuinae, tamen per homines sunt factæ, ac
tunc demum sunt ueræ, quando ad huius inuocationis
regulam conueniunt.*
*Deinde hæc forma omnes res, à Deo petendas
complectitur, sed aliæ fere certam duntaxat partem
dominicæ præcationis complectuntur.*

DA EXEMPLA.
*Huiusmodi sunt præcatiuncule, quas mane & uesperis
recitamus.*
**Quæ est præcatio ma-
gnitima ?**

*Gratias agimus tibi DOMINE Deus pater
cælestis, per Iesum Christum, filium tuum, Do-*
D II

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár :
/318. ig. j. /

minum nostrum, quod nos per hanc noctem tuos ab omni periculo esse uoluisti, &c.

Quid fit in hac prece

ratione
gratiarum actio, & petitio. Quos duos callus plerunque coniungit Ecclesia Dei, ut pro acceptis beneficijs gratias agat Deo suo, & petat, ut sint perpetua.

Pro quo beneficio hic agit

Pro nocturna conseruatione, que singulare DEI beneficium est, cum noctu non solum aliorum hominum, uerumetiam nostris prestidjs destituti sumus, & multi qui ualidi lectum ingrediuntur, mane mortui inueniantur.

Quod beneficium petimus?

Ut per sequentis diei spacium a Deo defendamur contra omnia pericula.

QVAE

Primum est peccatum, quod aliorum malorum causa est. Hoc enim nos reos facit aliorum, ac dignos, qui a Deo deseramur. Deinde, contra Diabolum, assiduum insidiatorem, cui nullis humanis uiribus resisti potest, nedum maiore parte hominum aduersante.

Quomodo defendit nos Deus?

Tum per seipsam, tum per Angelos custodes, tum per parentes, amicos, magistratus, &c. Ergo haec omnia beneficia petimus a Deo, cum petimus nos ab eo defendi.

QVAE est uespertina precatio?

Tibi Domine Deus. Pater coelestis, acceptum referimus, per Iesum Christum filium tuum, Dominum nostrum, &c.

Quid fit in hac prece?

Idem, quod in matutina. Nam in hac quoque primum agimus gratias Deo, deinde auxilium eius imploramus.

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár: /318. ig. j.

Pro quo beneficio agimus
... gratias ...
... pro divina conseruatione. Est enim sancti prestane
... diligentiam, iuxta mandatum Dei, tamen om
... nia referunt accepta defensionis diuinae, Nulla
... prudentia humana, que pericula
... cauere possit. 1. epist. petri. 5. vs. 8.
Quae sunt pericula?
... Petrus inquit, Diabolum assidue circumire, tanquam
... rugientem, ut querat, quem deuoret.
... Hic instructus fraude, morbis fulminibus, gla
... dijs, spinis, ueneno, calumnijs & odijs homi
... num, alijsq; infinitis insidijs, corpori, rebus &
... salutis nostrae insidiatur. Quorum nihil posse
... euidere, nisi Deus undiq; nos, tanquam
... castris, cingeret.
Quid petimus beneficia?
... Duo ingentia beneficia. Alterum spirituale, alterum
... corporale.
Quod est Spirituale?
... Remissio peccatorum, pro qua nisi inuocemus De
... um, & nos per noctem mori contingat, salu
... ui esse non possumus. Vbi enim non est remissio

... non peccatorum, ibi nihil aliud restat nisi mors
... aeterna. Sicut Paulus ait: Stipendium peccati
... mors est. Cum autem de remissione peccato
... rum certi sumus, etiam de salute certi sumus.
... siue uigilantes, siue dormientes opprimamur.
**Quod est corporale be
... neficium?**
... Defensio contra pericula nocturna, quam cum peti
... mus, nos ipsos simul admonemus, quod omnia
... creaturarum, nostrisq; ipsorum praesidijs
... destituti, sine Dei angelorumq; bonorum ope
... superstites esse non possumus.
**Quae est precatio ad
... mentiam?**
... Oculi omnium in te sperant Domine, &c.
**Quid primum facis in hac
... praecatione?**
... Sumo ex Psalmo centesimo quadragesimo quinto pro
... missionem, que testatur Deum largiri uictum,
... non hominibus modo, uerumetiam alijs uiuenti
... tibus, eundemq; reddere salutarem.
D

Régi nyomatatványok, Eperjes tud. könyvtár:
/318. ig. j. /

... in fide andeant ...
Hac promissione me ipsum accendo, ut in fide andeant
petere atque expectare à Deo uisum & in sa-
cramentum uirium per uisum. Si enim malis
quoque hominibus dat hoc beneficium item cordi-
bus & passeribus, quanto magis dabit filiis suis
sicut Christus docet.

**Quid subiungis pro
missioni ?**

Inuocationem, in qua non solum panem nostrum quo-
tidianum filius Dei nos petere iussit, uerumeti-
am alia beneficia, corporalia & spiritualia.
Neque enim exaudit Deus quenquam, nisi haec
omnia petat, iuxta illud: Primum querite re-
gnum DEI, & caetera omnia adijcientur
uobis.

Quid addis ?

Breuiem precatiunculam, in qua post communem in-
uocationem nominatim peto, ut nobis sumentim-
bus cibum ex eius manu saueat, & uisum praes-
entem reddat utilem ac salutarem.

**Quid facis post sum-
ptum cibum ?**

... in fide andeant ...
... in fide andeant ...
... in fide andeant ...

Ago gratias Deo pro corporis mei recreatione, iux-
ta praeceptum Pauli. ut omnibus creaturis Dei
utamur cum gratiarum actione, qua omnium
rerum usus sanctificatur, qui in impijs, non ag-
noscentibus beneficia Dei nequaquam sanctus
est.

**Quae est prima pars gra-
tiarum actionis ?**

... in fide andeant ...
Confitemini Domino, quoniam bonus, &c. Quibus
uerbis & me ipsum, & omnes eodem cibo meo
sum usus, adhortor ad gratitudinem erga De-
um, qui pro sua benignitate non modo nos
scit, quorum pater est propter filium unigenitum
uerumetiam omnes alios homines, inimicos
suos, ipsosque adeo coruos, qui prorsus in-
utiles esse uidentur. Hi enim à matribus deserti
dum sunt implumes, diuinitus nutriuntur intra
nidum. Ac ne dubitem de uoluntate Dei pro-
pter meam infirmitatem, ex iisdem uerbis hoc
nam spem capio. Infirmis enim & humilibus
uet Deus, non superbis, & arrogantibus.
**Quid facis ante
plus ?**

Régi nyomatatványok, Eperjes tud. könyvtár:
/318. Ig. J.

Non solum impellit nos ad gratiarum actionem & inuocationem priuatam, uerumetiam ut magno studio appetamus societatem, ut cum tota Ecclesia hos cultus prestemus Deo, quemadmodum fit in sabbato.
Adem fides hortatur, ut parentibus, & alijs superioribus, debitum honorem tribuamus, atque ut suum quisque officium faciat propter Deum. Deinde ut uitam aliorum, quantum possumus, tueamur, ut amemus castitatem, liberalitatem, ueritatem, & iustitiam. Neque simus cupideram alienarum. Deniq; omnes uirtutes, quas

Cum gratiarum actione coniungo & precationem.

Neque enim contenti esse debemus acceptis beneficijs, nisi deinceps quoq; nobis adsit Deus, ac sine ulla intermissione ornet nos suis beneficijs.

Hoc unq; enim momento deserimur à Deo, omnia praeceptorum beneficiorum fructum amittimus. Itaq; Christus precipit, ut semper uigilemus.

Quid addis tertio? Communem gratiarum actionem, quam semper cum speciali coniungant pii, circa singula Dei beneficia simul recordantes.

Quid amplius est?

ficit fides &

lex Dei requirit, inchoantur & crescunt paulatim in credentibus, Sin minus, frustra homines de fide gloriantur. Quae ubi occupauit animum, non solum abducit eum à uitijs, sed maiore uirtutis studio imbuat, quam in alijs hominibus inueniri solet. Quare Christus inquit, Nisi uestra iustitia excelluerit iustitiam Scribarum & Phariseorum, non intrabitis in regnum caelorum.

Quomodo excellit iustitia Christiana iustitiam Pharisaeorum &

Primum, quod uirtutes Christianae per se perfectiores sunt, quam aliorum hominum, cum fiant per uerbum Dei, & spiritum sanctum, qui in mente nouum lumen accendit, & uoluntatem reddit ardentior per idem uerbum.

Deinde, quanquam Christiani perfectiores habent uirtutes, quam alij, tamen eis non confidunt, sed gratis & liberaliter seruiunt Deo, solaq; in misericordia eius, & Christi meritis acquiescunt. Hoc modo integrum ac uerum honorem Christo tribuunt, & salutis suae certitudinem non amittunt.

Régi nyomatványok, Eperjes tud. könyvtár: /318. 18. j. /

FORMVLA

PRECVM EX PROPHE-
TIS ET APOSTOLIS, DISCER-
ens inuocationem Christiana-
nam ab Ethnica &
Mahometica.

O ÆTERNE, OMNIPOTENS & uere Deus, æterne pater Domini nostri Iesu Christi, qui te patefecisti immensa bonitate, & clamasti de Filio tuo, Domino nostro IESV Christo: Hunc audite, creator coeli & terræ, & Ecclesiæ angelicæ & humanæ, vna cum Filio tuo co-æterno, Domino nostro Iesu Christo, crucifixo pro nobis & resuscitato, qui est imago tua, & λόγος ad Ecclesiam missus: Et cum Spiritu sancto tuo, sapiens, uerax, bone, iuste, iudex, misericors, caste & liberrime, qui

dixisti: uiuo ego, nolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur & uiuat. Item: Inuoca me in die tribulationis, eripiam te, & glorificabis me. Item: Effundam super domum David Spiritum gratiæ & precum, confiteor tibi, me miserrimum peccatorem horribiliter peccasse, & doleo toto corde, quod offendi te, Miserere mei, & exaudi me, & iustifica me, per & propter Filium tuum, Dominum nostrum IESVM Christum, crucifixum pro nobis, & resuscitatum, λόγος καὶ εἰκόνα σὸ ἀίδιον, quem uoluisti pro nobis esse uictimam, καὶ μεσίτην, ἢ ἱκέτην.
& Sanctifica me Spiritu sancto tuo, &c.

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár:
/318. 1s. j. /

FORMA GRATIÆ

RVM ACTIONIS AD Æ-
ternum Patrem.

OMnipotens, æterne, uiue & uer-
re Deus, æterne pater Domini
nostri IESV CHRISTI, crea-
tor coeli & terræ, & hominum, &
omnium creaturarum, & conserua-
tor, dator vitæ, legis & Sapientia, &
opitulator, una cum filio tuo coæter-
no, Domino nostro IESV CHRI-
STO, λόγος καὶ ἔμῳ σὺ ἀϊδίῳ, Et SPI-
RITV SANCTO tuo, effuso
in Apostolos, casto & veraci, sapiens
bone, verax, iuste, iudex, misericors,
caste, liberrime, tibi gratias ago,
quod reuelasti te nobis, quod misisti
filium, & voluisti eum assumere hu-
manam naturam inenarrabili sapien-
tia & bonitate, & fieri victimam pro
nobis, qui colligis æternam Ecclesi-
am, &

am, & quod inter nos colligis, seruas
ministerium Euangelij, das Spiritum
Sanctum & vitam æternam, & quod
das nobis bona corpori nostro neces-
saria, & mitigas ac tollis pœnas, denis-
que pro omnibus beneficijs animæ &
corporis, &c.

AD ÆTERNVM

FILIVM.

AGo tibi gratias omnipotens Fili-
Dei, DOMINE IESV
CHRISTE, verbum & imago
æterni patris, crucifixe pro nobis &
resuscitate, nate ex virgine, Emanuel,
sedens ad dextram æterni patris, col-
ligens & seruans æternam Ecclesiam
voce Euangelij, quod patefecisti no-
bis æterni patris misericordiam, &
decretum de redemptione, & semper
collegisti ECCLESIAM, & assums-
psisti humanam naturam, es medi-
E

Régi nyomatatványok, Eperjes tud. könyvtár:
/318. ig. j. /

tor, Redemptor, iustificator & Saluator, es summus sacerdos, semper intercedens pro nobis, dans vocem EVANGELII, & es efficax per eam, & das remissionem peccatorum, & es rex colligens, seruans & protegens ECCLESIAM, & das spiritum sanctum ijs qui ad te conuertuntur, & Euangelij uoce se sustentant, & restituens in nobis iustitiã & uitam æternam, das lucem in consilijs, intellectum uerbi tui, depellis Diabolos, das etiã bona corpori necessaria, &c.

AD SPIRITVM

SANCTVM.

AGo tibi Gratias omnipotens, uerax, caste, Spiritus Sancte, procedens ab æterno patre & filio, Domino nostro Iesu Christo, effuse in Apostolos, quod confirmas corda nostra, ut firmiter assentiantur

uerbo Dei, & flectis ea ad inuocationem Dei, & ad omnes motus legi diuinæ congruentes, & lætificas ea, ut acquiescant in Deo, petant & expectent omnia beneficia Dei. Das etiam bona corpori necessaria, &c.

ALIA.

O Pater coelestis, cui me potius commendem, quam tibi, cuius & potentia tanta est, ut solo nutu serues coelum & terram, & fides summa erga omnes, qui ad tuam opem confugiunt, & misericordia tanta, ut neminem reijcias, quantumuis indignum. Etsi ergo, quod ad me attingit, indignus sum, qui coelum atque adeo lucem ipsam intuear, tamen tu dignus es, cuius potentia, fide & misericordia confidam, cum præsertim ultro me inuites tuo sanctissimo uerbo, ut me meaque omnia in tuam

E h

fidem comittam. Peto igitur, ne si-
nas meos pedes labascere, tuisque via-
gilantibus oculis me custodias atque
defendas, ut sub umbra alarum tua-
rum securus viuam. Ne sinas me res-
bus secundis infotescere, nec aduersis
desperare. Serua me a malo, serua a-
nimam meam, denique & exitum & in-
troitum meum custodias, nec ubi forte
impingam, teque offendam. Quia ve-
ro priuata nostra salus & incolumi-
tas ex publica incolumitate pender,
quaeso, ut principes quoque & doctos
res nostri, totaque Ecclesia & respu-
blica tibi sint curae & sollicitudini, re-
ge corda eorum, ut in tuis mandatis
incedentes, illustrent gloriam nomi-
nis tui, nihilque huic suo studio ante-
ponant, Amen.

ALIA IN EANDEM
SENTENTIAM.

OMnipotens Deus & Pater, in
quo solo possumus, quidquid
possumus, sine te enim fauente & pro-
picio nihil sumus. Gratias ago tibi ex
animo, quod me per hunc diem tua
praesentia benignissime adiuuisti, mea-
que sapientia in consilijs, & robur
meum in factis fuisti. Quidquid enim
feci, quod bonum, honestum, pium,
tuaeque uoluntati consentaneum est, id
tu per me fecisti. Tibi ergo omnia
accepta refero, tibi omnem laudem
tribuo, & supplex peto, ut quemad-
modum labores huius diei perfecisti te
adiuuante, ita tibi non displiceant, ef-
ficiasque ut tibi sint honori, mihi uero
& omnibus hominibus emolumens
to. Per Iesum Christum, filium tuum,
Dominum nostrum, qui tecum est
idem Deus ab aeterno & in aeternum,
Amen.

DE VSV SACRÆ
COENÆ PHILIP.
Melant.

SCiat sumens Sacramentum se fieri
membrū Christi, & hanc sumptio-
nem esse pignus, quod testatur uere
nobis exhiberi, donari, applicari pro-
pter filium Dei remissionem peccato-
rum in Euangelio promissam. Et si
des excitata hoc pignore nitatur, non
suo uel ministri opere, sed mediatore
Christo, cogitet de ira Dei aduersus
peccatum, de uictima, de Christo gu-
bernante & defendente Ecclesiam su-
am, agat Deo grauias, petat nos regi-
spiritu sancto, & flectat men-
tem ad ueram obediens-
tiam uerbi Dei.

FINIS.

IUVENTVTI BART
PHANÆ S. P. D.
Ioan: Schulz. M.

DIScite uerba Dei, moneo. Barthana iuuentus,
Quæ formant animos, efficiuntq; pios.
Nam tibi Stockelii discendi est Doctor & autor,
Qui studium uera religionis habet.
Spargere quem Dominus docuit suo semina urbi,
Verbi, quod sparsum non sine fruge redit.
Hic tibi conscripsit mira breuitate libellum,
Præcipuas partes qui pietatis habet.
Doctrinam capies cum primis hinc elementis,
Quam Deus omnipotens protulit ore suo:
Quamq; suis patres iussit proponere natis,
Ut possint fido corde timere Deum.
Ergo hæc qui spernunt primordia parua facessant,
Absq; quibus semper maxima quæq; ruunt.
Cogit amor, merito quo te iam prosequor olim,
Hæc ut te iubeam quærere uera bona:
Perdere quæ poterit nunquam tibi Turcicus ensis,
Sanguine casorum qui sine fine madet.
Nec stygius Pluto (quamuis sit callidus hostis)
Eripiet sacras has tibi mentis opes.

FINIS.

Régi nyomatványok, Eperjes tud. könyvtár:
/318. Ig. J. /

Noni: Pietas ad omnia utilis
Ge: Pietatis omnes sunt utiles
Da: Pietatis sumus omnes et utili
Et: Pietatem amant omnes utiles
De: Pietas es utilis
Ab: Pietate sumus omnes utili
Psalterium.

72

מִדְּרָשׁ
וְהָיָה
כִּי יִשְׁמַע
יְהוָה בְּרִיבְרֵי
וְיִשְׁמַע
בְּרִיבְרֵי

psalmus
LXXII
omnes
confitemini
domino
omnes

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár:
/318. ig. j. /